

811306







462068!

INDEX OMNI- VM SCRIPTORVM REVE- RENDI PATRIS D. MARTINI

Lutheri: accommodatus & ad 19. Tomos
Vitebergenses & 12. Ihenenses, tum
veteris tum recentioris Editionis:
omnibus Studiosis Librorum
Lutheri perutilis.

Per

SIGISMUNDVM SVEVVM
Freistadiensem.

Qui cupit ingenui, cognoscere scripta LVTHERI,
Qualibet & quo sint invenienda Tomo.
Comparet, exiguo, quem condidit, are, libellum,
SVEVVS, & hunc animo candidiore legat.

M. H. S.

VRATISLAVIAE

Ex Officina Crispini
Scharffenberg.

ANNO.

1 5 6 3



4620681



CLARISSIMO ATQVE OR

NATISSIMO VIRO, D. NICOLAO RHEDI-
gero, Urbis Vuratislauiensis Senatori,
Domino & Patrono obseruando.

Grati am & pacem a Deo Patre, per Ihesum Christum Salvatorem
nostrum unicum, ac uerum opitulatorem, precor officiosam simul uo-
luntatem, cum prijs ad Deum precibus offerens.



Quod plerumq; Theſauris abſtruſus euenire ſolet Vir Clariffime, ut
iuxta uulgare diſtum, ignoti nulla ſit cupido, Idem prorsus the-
ſauro incomparabili quem Vir ille Dei, Reuerendus D. M. L.
pia memoria nobis reliquit, euenire uidemus. Nimirum quibus
hæ opes ignorantur, Volumina illa aut lecta non ſunt, aut parum
de his compertum eſt, hi facile theſau. um hunc negligunt & æſternantur. Adde
quod non pauci ſanatici & Cæci cæcorum duces, mendaci Spiritu rotati ſcrip-
ta hæc grauiſſimis contumelijs audeant proſcindere. Quamquam id minus mi-
randum, cum habeant hoc cum ſacris Biblijs commune, quæ hunc titulum apud
nonnullos conſecuta ſunt, ut Hæreticorum Volumen dicantur. Quotquot ue-
ro ſunt Librorum Lutheri ſtudioſi lectores, cum non obſcure uideant, quæ com-
moda ex his, ad totam Eccleſiam hiſce nouiſſimis temporibus manarint, non
poſſunt quin hunc theſaurum in maximis ponant, & inter illa quæ preciſiſſi-
ma ſunt, commendent: ſiquidem perſpiciunt, Lutherum unum ex præcipuis pa-
tribus & Eccleſiæ doctõribus merito cenſeri poſſe. Sed agnoſco ingenij mei
uires imbecilliores eſſe, quam quæ celebrando pro dignitate hoc ſancto Viro,
cum ſcriptis ſuis ſufficiant. Neq; adeo id neceſſe eſt, Siquidem opus ipſum in
medio ſitum de artiſice abunde teſtatur.

Eſi autem permulti ſunt, qui Lutheri ſcripta, coemunt, euoluunt ac pro-
bant, Tamen inter hos non deſunt, qui contra mentem, ac uoluntatem Luthe-
ri, peruerſis ſuis opinionibus inde quærant Patrociniã. Neceſſe eſt igitur, quiſ-
quis huſ tam præcioſis opibus commodè uti uolet, accuratè atq; attentiffimè le-
gat, ducemq; Veritatis ſpiritum ſequatur, conſiderans ſedulo, quid, quibus
de rebus, quibusq; modis ſcribat Lutherus.

Cum uero difficile ac tædioſum ſit in tot tamq; prolixis collicibus quæ
cupias, citra Indicem inquirere: Idemq; ſæpe Lector omiſſo hoc labore, ad aliud
quippiam animum uertat, Non poteſt omnino inanis opera cenſeri, ſi quis

omnia Lutheri scripta in certum ordinem digesta in Indicem idoneum disponat, hoc modo, ut simul Editionis Vitebergicæ & Ithenensis, Veteris etiam & recentioris ratio habeatur. Nam editio noua Vitebergica in quibusdam Tomis plura continet una pagina, quam antiquior, dum chartis parant Typographi. Tomi uero Ithenenses in noua editione iuxta annorum numerum, ordini consulere conantur. Hinc factum est, ut in Vitebergensibus & Ithenensibus nouis, tota numerorum series quam Index flagitat, sit mutata. Ad hæc quam nonnulli Editionem Vitebergensem, alij Ithenensem, alij Veterem, alij recentiorem, alij etiam mixtim ex his aliqua sibi compararunt, Dubitari non debet, quin unicus Index omnibus his editionibus conueniens, maximo futurus sit usui pio Lectori. Eisi optandum erat, nullam prorsus numerorum mutationem accessisse, facilius enim plures atq; utilissimi Indices in hæc Volumina potuissent conscribi.

Quamquam & illud cogitauerit quispiam, Quid sibi Tomi Lutheri olim uel Basileæ, uel alibi accuratius edantur, adiuncto indice quodam copioso, atq; ingenioso. Haud uereor quemquam fore tam amentem, ut ob eam causam abiecturus sit, si quos comparauerit Vitebergen: uel Ithenenses Tomos, ac non potius his seruatis, probaturus, si quis Indicem utriusq; inseruientem ediderit, quo diximus modo.

Quum autem Viri docti otij sui longe meliorem usum norint, quam his molestis ac diuturnis laboribus onerari sese patiantur: hosq; inferioris ordinis hominibus potius relinquunt: Ego qui inter infimos numerari facile fero, hunc laborem Deo bene fortunante accepi, scripta Reuerendi uiri Mart: Lutheri in Indicem digessi, obseruatis omnibus Vitebergensium, Ithenensium, ueterum, recentiorumq; Tomorum Editionibus, in quo facillime literarum ordine reperiatis, primo, quo tempore, seu anno quæq; Lutherus ediderit. Deinde ubi hæc in Vitebergensi Editione uetere ac noua extent. Tertio quo loco in Ithenensi utraq; Editione reperiuntur. In quo simul docetur, quæ Lutherus latino quæ germanico sermone scripserit, rursus quæ sunt uersiones. Quæ item scripta in Vitebergensi Editione tantum, Quæ contra in Ithenensi tantum extant.

Hunc Indicem postquam maiore quam fortasse credi possit labore, comparatum, doctis quibusdam ac pijs ostendissem non solum probarunt, uerum etiam ad Editionem publicam sunt cohortati, sperantes gratissimam fore hanc operam Lutheranae doctrinae studiosis: Quorum consilij omnino mihi optemperandum esse putau.

Cum autem P. Tua, nostram ad D. Mariæ Magdalene, Bibliothecam pro singulari illa beneuolentia, multis egregijs Voluminibus, atq; ipsis Lutheri
Tomi

Tomis ornauerit, atq; ad usum illorum commodiorem huius quoq; Indictis editi-
 onem suis sumptibus adiuuerit, seseq; tum in hac re, tum in alijs compluribus
 scriptorum Lutheri studiosum declararit: Noluī quemquam alium huius libelli
 patronum extra Prud: T. quærere. Cui hoc quicquid est optimo iure inscribo
 & dedico: obnixè orans, ut benigne P. T. comprobet, neq; hæsitet Deum
 & hæc & alia in plurimos collata beneficia de suo compensaturum abunde.
 Quod ipsum etiam oro æternum Patrem Domini nostri IESU CHRISTI
 ut P. T. huic urbi, Reip: Ecclesiæ & Scholis, multisq; in egestate constitutis,
 saluum & incolumem, diu clementer conseruet. Datæ Vratislaviæ, in Vigilijs
 Resurrectionis Christi, post natum Christum, Anno 1563.

P. T.

Deditus

Sigismundus Sueuus in Æde
 D. Mariæ Magdalenæ ibi
 dem Diaconus.



AD PIVM LECTOREM DE VSV ET VTILITATE huius Indicis.

Si quis est benigne Lector, cui melioribus destituta hæc mea opella placuerit, non pigebit sic gratificari. Ita ut paratus sim, si uita per Deum suppetet, neq; opera ista Tomorum pluribus Editionibus uariabuntur, alium præterea Indicem edere Locos communes ac res memorabiles omnium Tomorum complectentem.

De usu autem præsentis Indicis hæc obseruentur Regule.

I. Numeri primæ Columnæ, Annum Editionis singulorum scriptorum monstrant.

II. Numeri Secundæ Columnæ Tomos Vitebergenses significant, quorum prior librum: alter paginam indicat. Quod si numeri supra numeros collocentur, superior ueterem Editionem, inferior Nouam indicat.

III. Numeri in tertia columna Ithenenses Tomos monstrant, iuxta ordinem prioris Canonis.

IIII. Numeri Tertiæ Columnæ simul indicant, quæ Lutherus Latine, quæ Germanice ediderit. In Indice Latino scilicet omnes numeri, Latina scripta ostendunt, Rursus spacia uacua eius columnæ, quæ de Germanicis latina sint facta: Sic Numeri Tertiæ columnæ Indicis Germanici, quæ Lutherus Germanice scripserit monstrant, paucis quibusdam exceptis, quibus syllaba Lat: est affcripta. Ita uacua ibidem spacia ostendunt, quæ Latina, in Germanicam linguam sint uersa. Eius Regulæ hæc est causa, quod Ithenenses. nullos libros uersos Tomis suis inseruerint.

V. Cyfra O. in Secunda columna, indicat ea scripta, quæ non extant in Vitebergensi Editione, sed tantum in Ithenensi. Sic Cyfra O. in Tertiæ columna, ostendit quæ scripta in Ithenensi non extant, sed in Vitebergensi. Estq; hæc Regula utriq; Indici Latino & Germanico communis.

VI. Tertia pars operum Germanicorum in Editione Vitebergensi ueteris bipartita est, uidelicet quod ad numeros attinet. Verum in noua Editione numerus eodem & continuo ordine succedit ad finem usq;. Cum autem in edendo nulla præterea sit uarietas, Noua tantum editione cum numero non distincto hic sum usus. Iam si cui uetus est editio, hoc solum restat, Vt numerum primæ Partis eodem ordine continuando in altera parte sibi signet: Ita sibi quoq; satisfecerit.

VII. Generalis huius Indicis usus est, ut perspicere quisq; possit, quid, quantum, de quibus hices lectus Vir Dei scripserit. Proinde si quis uel Tomis ipsis caret, aut per facultates, quo minus comparet, non concedatur, tamen si quid in hoc Indice repererit, ad Tomos aut in Bibliotheca aliqua sitos, aut ab amico communicatos confugiens, facile hoc ipsum quod uoluit inuestiget: obseruatis hisce quas ascripsi regulis.

*Quis sit præterea huius Indicis usus, facile attentus
Lector per se ipse obseruabit.*

CHRISTIANO LECTORI

M. ADAMVS, MARTINVS CVREVS
S. D.

Meministi Christiane Lector, multos nostris temporibus uiros, eosq; non uulgaris eruditionis, aut postremi nominis extitisse, qui plenis, quod aiunt, buccis contēderunt, scripturam sacram obscuram esse & ambiguum, similemq; Sibyllæ folijs: Itaq; ueritatem Christianæ Religionis, ex Patrum interpretationibus, tanquam

quam ex ueris fontibus, petendam & eruendam esse.
Quas quidem uoces sapientum huius seculi meras esse
- tenebras & præstigias, quilibet paulo cœlestis doctrinæ studiosior, sine magno negotio, animaduertit. Nam scriptura omnes articulos fidei, qui ad consequendam æternam salutem necessario requiruntur, ita aperte & plane tradit, ut maiori luce, & euidentiore perspicuitate, tradi non possint. Quoties enim Deus in Verbo suo mandata proponit, quoties promissiones Euangelij promulgat, Denique quoties Sacramenta, signacula promissionis gratiæ, ordinat, tam proprijs, simplicibus, & perspicuis utitur uerbis, ut intelligi diuina uoluntas a quolibet quantumuis rudi & tardo, modo animum aduertente, & non cœco, possit. Si enim homines Philosophi, qui aliquam umbram sapientiæ sunt consecuti, doctrinam de rebus Physicis, quam potuerunt planissime, posteritati tradiderunt, memores ueteris dicti ὁ σοφὸς εὐθυγέρνειται. h. e. sapiens proprie loquatur: Deus qui est summe sapiens, in promulganda uoluntate sua, & sciendis articulis fidei nostræ, obscurus esset? Qui linguam condidit, non diserte loqueretur? Qui omnis cum facundiæ tum eloquentiæ autor est, balbutiret? Tantam infirmitatem in Deum cadere non posse, omnes pñ fatentur. Quod si scriptura, sine instinctu Spiritus sancti, ab hominibus tantum, qui labi & errare possunt esset tradita: aut constituta a beatis Angelis, quorum sapientia finita est, periculum forte esset, ne illi in referendis rebus cœlestibus, longe supra humanam & angelicam sapientiam positis,

positis, proprijs & planis verbis destituerentur: Nunc cū
Deus ipse, qui est mens infinitę sapientię, sit autor scripturę:
Cum Filius Dei ε λόγος & sapientia æterna, Euangelium ex sinu Patris reuelauerit: Cum Spiritus sanctus,
qui confert donum linguę, & specie ignitarum linguarum
apparuit, per Prophetas & Apostolos ipse locutus sit, &
hoc Verbum, quod audimus, prodiderit: necesse est vo-
luntatem diuinam dilucide & plane, ut sine dubitatione
percipi a pijs omnibus possit, in scriptura traditam esse.
Oracula Apollinis Delphici a malo dęmone, qui multa
ignorat, & studium habet fallendi homines, profecta:
obscura sunt, ambigua, incerta, imo & falsa nonnuncq̃. Sed
diuinarum scripturarum oracula, edita a sapiente & pro-
pitio Deo, qui amore nostri flagrat, & summe salutem no-
stram sitit, in tradendis fundamentis doctrinę plana sunt
& certa. Voluit enim Deus admiranda bonitate, uoce do-
ctrinę Propheticę & Apostolicę voluntatem suam mun-
do innotescere: Voluit ea Filio æternam Ecclesiam ex
genere humano colligi: Voluit ex ea agnosci, inuocari &
celebrari: Voluit deniq̃ miserimos homines ex ea uoce
doctrinę, animę suę salutem, quam sanguine filij mercatus
est, petere, uerosq̃ inde cultus desumere. Quare nulla ob-
scuritate mentem nostram inuoluere, nulla ambiguitate
animum nostrum fallere, clementissimus Pater statuit: sed
doctrinam apertam & planam proponere, qua sine errore
fides & vita nostra regi possint. Quis enim de obscuritate
Decalogi iure causabitur? Num Pręcepta, Non occides:
Non moechaberis: Non furtū facies, obscura sunt? Quis
negabit articulos Fidei omnes, in multis scripturę locis
manifestissime esse propositos? Doctrina inuocationis &

institutio Sacramentorum, nonne omnium piorum animis exposita est? Equidem diuinæ literę testantur, omnia in scripturis quæ æternæ salutis nostræ seruiunt, a benignissimo Deo, tradita esse. Nam & ipse Saluator inquit,

Ioh: 15. Iohan: 15. Omnia quaecumque audiui a Patre meo, nota

Ioh: 4. feci vobis. Et Iohan: 4. dicitur, Cum Messias uenerit,

2. Thim: 3. reuelabit nobis omnia. *2. Thi: 3.* Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, &c. ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.

Ioh: 20. Iohan: 20. Hæc scripta sunt, ut credatis, quod Iesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam habeatis per

In Iohan: nomen eius. In hanc sententiam & D. Augustinus in

Tract: 49. quit: Electa sunt quæ scriberentur, quæ salutem credentium

cap: 11. sufficere uidebantur. Audis amice Lector, omnia quæ salutem nostram attingunt, plene in libris sacris comprehensa esse. Quid uis amplius? Huc accedit, quod uerbum Dei toties in scriptis Prophetis & Apostolicis, lux & lucerna,

Psal: 119. **וְיָאֲרֵא** appellatur, ut *Psal: 119.* Lucerna pedibus meis

Psal: 119. Verbum tuum, & lumen semitis meis. Et *Psal: 119.*

2. Pet: 1. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. *2. Pet: 1.*

Habemus firmiorem sermonem propheticum, cui benefactis attendentes, quasi lucernæ lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris.

Ioh: 5. Iohan: 5. Iohannes Baptista uocatur lucerna ardens: &

Matth: 5. Matth: 5. Apostoli lux mundi, propter doctrinam nominantur. Si igitur Verbum Dei lux est, si lucerna est,

quæ discussis tenebris, mentibus nostris ueram Dei agnitionem subministrat, Tu quis es? qui lucem diuinam tenebras, lucernam Dei caliginem uocas? Quod si lux uer-

Matth: 6. bi Dei tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? Postremo

sunt

sunt non pauca dicta scripturæ, quæ affirmant Verbum
diuinitus traditum regulam & normam esse, qua omnes
religiones examinari & spiritus probari debeant. Nam &
Paulus inquit Gal: 1. Si quis aliud Euangelium docuerit, Gal: 1.
præter id quod accepistis, anathema sit. Esa: 8. Ad le^s Esa: 8.
gem & ad testimonium, quod si non dixerint iuxta ver-
bum hoc, non erit eis matutina lux. Lucæ 10. Qui uos aut^s Luca 10.
dit (scilicet, sonantes uocem diuinam) me audit. 2. Ioh: 1. 2. Ioh: 1.
Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam (apostolicam) nō
affert, ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Sic *Con: Cresc:*
Augustinus: Neq; sine causa canon Ecclesiasticus con- *Gram: lib:*
stitutus est, ad quem certi Prophetarum & Apostolorum *2. cap: 31.*
libri pertinent, quos omnino iudicare non audemus, &
secundum quos de cæteris literis uel fidelium uel infidelium,
libere iudicamus. Quare cum uerbum Dei sit fidei nostre
amulsis, & oporteat omnium religionū regulam, non re-
gulam Lesbiam esse, sed firmam & immotam, quid aliud
sequitur? quam doctrinam Christianam perspicuis cer-
tisq; uerbis in scriptura comprehensam esse, quæ & intel-
ligi possit, indubiæq; sit & certa. Id quod & diuus Petrus *2. Pet: 1.*
ostendit, exclamans: Habemus Propheticum sermonem, *2. Cor: 4.*
firmum & clarum. Et Paulus 2. Cor: 4. Si adhuc oper-
tum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt opertum
est, in quibus Deus huius seculi excoecauit mentes infide-
lium, ne illucesceret illis lumen Euangelij, gloriæ Christi.
Diserte hic docet Apostolus, Verbum Dei non attenden-
tibus, nec quærentibus veritatem, sed furentibus odio pie-
tatis & excoecatis a diabolo, obscurum esse: At pijs omni-
bus, audientibus uocem Christi saluatoris, & serio verita-
tem inquirentibus, diuinumq; auxilium sedulo imploran-

tibus, perspicuum & clarum. Quare cum perfecta anima-
rum nostrarū salus ex verbo Dei pendeat, cumq; illud lux
& lucerna, regula & norma fidei nostrę sit, nemo sine blas-
phemia Dei, auctoris verbi, scripturam sacram in tradendis
fundamentis doctrinę, obscuram, incertam & ambiguam
dixerit. Nam hoc qui dictitant, illi aut infinitam sapien-
tiam, aut certe immensam bonitatem Deo adimunt. Si
enim non potuit Deus suam uoluntatem perspicuis uerbis
eloqui, impotentię est: si noluit, inclementię. Vtrum di-
xeris blasphemiam non euitabis. Sed inquires, Nulla ne
loca scripturę obscura sunt? Imo plurima. Nam & Pe-
trus de scriptis Pauli Apostoli inquit, 2. Pet: ult: Cariss-
mus frater noster Paulus secundum sibi datam sapientiam
scripsit uobis, sicut & in omnibus fere epistolis, loquens
de his, in quibus sunt quędam difficilia intellectu, quę in-
docti parūq; firmi detorquēt, sicut & cęteras scripturas,
ad suā ipsorū perniciem. Tametsi n. omnia ad æternā nos-
tram salutem necessaria, ingenue & manifeste in scriptu-
ris reuelata sint: tamen cum diuina sapientia exhauriri non
possit, multa sunt in Deo abdita & recondita, quę reue-
lata non sunt, ad ea si scriptura alludit, quid mirum si illam
maiestatem diuinam mens nostra capere non potest?
Deinde sunt quidem articuli fidei, ut dictum est, expressis
uerbis in scriptura expositi: sed cum illi passim in concio-
nibus Prophetarum & apostolorum repetantur & uarijs
similitudinibus, metaphoris, figuris & tropis pingantur:
accedant & prophetię de rebus futuris, quę plerūq; nisi
expletę sint, ut inquit Irenęus, intelligi exacte non possunt:
apparent sane multę sententię diuinarum concionum non
mediocriter obscurę, non quidem scripturę, sed nostro
iuitio.

2. Pet: 3.

lib: 4.
cap: 43.

uitio. Tanta est enim mentis nostræ infirmitas, ut tan-
quam lippis oculis, sæpe in media luce cœcutiamus. Tanta
præterea ignorantia verborum, phrasium, linguarum, si-
gurarum & historiarum, ut scripturam legentes, quasi in
alio mundo uersari uideamur. Sed tamen fundamenta
doctrinæ, præcepta morum, promissiones, institutio Sa-
cramentorum, omnes denicq; articuli fidei, multis in locis
scripturæ clare explicati sunt, ut intelligi mens diuina, ab
omnibus studiosis pietatis, sine ulla ambiguitate possit.

Quare & Petrus non affirmat, omnia in scriptura sacra
difficilia esse intellectu, sed aliqua: nec omnibus: sed indo-
ctis & parum firmis. Præcipua enim capita doctrinæ
manifesta sunt: multis sententijs autem ignorantia lin-
guæ caliginem offundit. Deinde illi ipsi loci qui obscuri
& ambigui uidentur, alicubi in scriptura clarioribus uer-
bis sunt expositi, ita ut ne hic quidem merito quis con-
queri possit. Nam & Augustinus inquit: Nihil fere de
obscuritatibus scripturæ eruitur, quod non planissime di-
ctum alibi reperiatur. Postremo singulari consilio in-
stituit Deus ministerium Euangelij, & omnibus tempo-
ribus aliquos ornat dono interpretationis, qui adhibitis
definitionibus, diuisionibus & collationibus sententiarum,
edunt interpretationes consentientes cū fide, quales extite-
runt Irenæus, Athanasius, Ambrosius, Augustinus, Cy-
rillus, Taulerus, Gerson, Lutherus, Philippus & alij non
pauci. Hos *θεολογικοὶ ἑρμηνεῖς* interpretes, merito propter do-
num diuinitus ipsis collatum, amamus, suspicimus & ue-
neramur, illorumq; monumenta nobis per manus tradita
cognoscimus, amplectimur & in sinu nostro fouemus.

Nam doctricem Ecclesiam audiri necesse est, sicut præci-

*De doct:
Chr: lib: 2.
cap: 6.*

Heb: 12. pitur *Heb: 12.* Obedite præpositis uestris. Vult quidem
 Deus uitari lupos, pseudopphetas & Idolatras: sed præ-
 positos, doctrinam diuinitus patefactam proponentes, &
 edentes interpretationes, non pugnantes cum articulis fidei
 dei, audiri præcipit. Fides sane nostra inuocans Deum, &
 statuens de uoluntate diuinâ, non interpretationibus
 patrum: sed claro Dei uerbo & perspicuis testimonijs
 scripturæ nititur. Sic enim uox diuina de cœlo son-
Matth: 17. nat, *Matth: 17.* Hic est filius meus dilectus, in quo mihi
Rom: 10. bene complacitum est, hunc audite. *Rom: 10.* Fides ex
Luce 16. auditu est, auditus per uerbum Dei. *Luce 16.* Habent
Ephes: 2. Moſen & Prophetas, audiant illos. *Ephes: 2.* Vos estis
 ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super
 fundamentum Prophetarum & Apostolorum, ipso summo
Ezech: 20. angulari lapide Iesu Christo. *Ezech: 20.* In præceptis
 patrum uestrorum nolite incedere, sed in præceptis meis
 ambulate & iudicia mea custodite, dicit Dominus. Sic
In Matth: cap: 32. Hieronymus: Hoc quod de scripturis non habet autori-
 tatem, eadem facillitate contemnitur qua probatur. Idem:
Ad Tit: 1. Sine autoritate scripturarum garrulitas non habet fidem.
De Virgi: lib: 3. Et Ambrosius: Nos noua omnia quæ Christus non docuit
 iure damnamus, quia fidelibus uia Christus est: Nam si
 Christus non docuit quod docemus, etiam nos id detesta-
Con: Max: Arria: E- pisco: lib: 3. cap: 14. bile iudicamus. Item Augustinus: Sed nunc nec ego Ni-
 cenum nec tu debes Ariminense conciliū proferre, nec ego
 huius, nec tu illius autoritate detineris, scripturarum auto-
 ritatibus tantum communibus testibus concertemus. Quin
 illi ipsi interpretes ad sacram scripturam alligati sunt, nec
 licet eis interpretationes pugnantes cum uoce diuina com-
 minisci. Sicut enim testis uerax in iudicio politico uerita-

tem narrationis mutare non potest, sic interpretes explicare
 re sententiam scripturæ debent, corrumpere non debent.
 Diuus enim Paulus Rom: 12. iubet prophetiam seu interpretationem esse *ἀνάλογον* fidei. Et Petrus, 1. Pet: 4. Si
 quis loquitur, loquatur ut eloquia Dei. Sic Origenes: *In Hierem: Hom: 1.*
 Necesse est nobis scripturas sanctas in testimoniū uocare,
 sensus quippe nostri & enarrationes sine his testibus non
 habent fidem. Nec non Ambrosius: Quidquid non ab
 Apostolis traditū est, sceleribus plenum est. Sicut igitur *In 1. Cor: 4.*
 decet nos piorum doctorū interpretationes *ἀνάλογα* fidei,
 summa uoluntate amplecti: sic pugnantes cū fundamentis
 scripturæ, cum venia & honore patrum, reſcereconuenit.
 Homines enim illi doctores erant, inferiore gradu quā
 Apostoli constituti: socordia, improprietate & obscuritate
 sermonis delinquere, & decepti humana infirmitate, & mū
 di erroribus intoluti, a uia non nihil deflectere, & super
 fundamentū ligna, fœnum & stipulas ædificare potuerunt: *1. Cor: 3.*
 Itaq; Augustinus Cresconio Grammatico, obijcanti literas *Con: Cres:*
 & auctoritatem Cypriani, contra doctrinæ puritatem, recte *Gram: lib:*
 respondit cū inquit: Ego huius epistolæ auctoritate non tes
 neor, quia literas Cypriani non ut canonicas habeo: sed eas
 ex canonicis cōsidero, & qđ in eis diuinatū scripturarū au
 toritati congruit, cū laude eius accipio, quod autē non con
 gruit cū pace eius respuo. Idem in Ioh: sic scribit: Sedendo *Tract: 46.*
 enim supra cathedrā Moſi, legē Dei (Pharisæi) docēt, Ergo *cap: 10.*
 p̄ illos Deus docet: Sua v̄o illi si uelint docere, nolite audire,
 nolite facere. Nec inepte Gerson & Panormitanus affirmāt:
 Plus esse credendū laico scripturā sacram producenti, quam
 Papæ uel toti concilio. Quamuis autē fides nostra in solo
 v̄bo Dei, diuinitus patefacto acquiescat: tñ testimonijs S.
 patrū, & purioris Ecclesie iudicij, nō mediocriter cōfirmat̃.

1oh: 1.

1oh: 20.

Rom: 9.

Quo tempore enim orthodoxi pugnabant contra virus Arij, negantis Filium Dei $\theta\mu\sigma\acute{o}\sigma\iota\sigma\iota\sigma$ esse patri, fides quidē illorū dictis scripturæ nitebatur, qualia sunt: In principio erat Verbū, & Deus erat Verbum. Item: Dominus meus & Deus meus. Et Rom: 9. Ex quibus est Christus secundū carnem, qui est Deus benedictus in secula. Accedebant tamen testimonia Gregorij Neocæsariensis, & veteris Ecclesiæ, quæ pios in uera sententia egregie cōfirmarunt. Quare cum S. Interpretes lumine interpretationis diuinitus fuerint præditi, & multa dicta scripturæ cum laude illustrarint, maximæq; beneficia in Ecclesiam Dei contulerint, & faciant illorū scripta ad cōfirmationem fidei nostræ, merito sanctissimos patres omni honore & reuerentia colimus, recte illorū laboribus utimur, utiliter quos reliquerunt commentarios legimus, cognoscimus, amplectimur, exosculamur & diurna nocturnaq; manu uersamus: Tuto deniq; nos reliqui pastores & ministri, tantos doctores sequimur, nomen ueneramur, & ab ijs ueras scripturæ interpretationes mutuamur. Quod restat scripsit collega meus & $\pi\alpha\tau\epsilon\rho\iota\varsigma$ D. Sigismundus Sueuus Freistadiensis, indicem scriptorum Reuerendi viri D. Mart: Lutheri, accommodatum Tomis tum Vitebergæ tum Ihenæ excussis, quem emittit sub nomine D. Nicolai Rhedingeri, qui uir de studijs literarum & pietatis bene meritus est, & Bibliothecam nostram his ipsis uoluminibus Lutheri, multisq; scriptoribus Ecclesiasticis latinis & græcis, nō paruis suis sumptibus instruxit: Illum ego indicem uehementer probo, eumq; profuturum uolentibus scripta Lutheri inquirere & cognoscere minime dubito. Quare eme Lector & utere, & bene feliciterq; uale. Vratisslauiæ

10. Aprilis, Anno 1563. Abdiam

	Anno	Vuitt:	Ihen:
		Tom: fo.	Tom: fo.
A			
In Abdiam, Commentarius Lutheri —————	xxxvi.	4. 536.	3. 538.
De Abominatione Missæ priuatæ —————	xxiii.	2. § 419. 2. 387.	
De Abrogatione Legis, Disputatio Philippi Melanthonis —		1. 433.	o
De Abrogat: Legis, Disp: Ph: M: —		1. 435.	o
De Abroganda Missa priuata, sententia Lutheri, scripta Anno XXI. impressa uero —————	xxii.	2. § 257. 2. 243.	2. 465.
De Absolutionis iure. Disputatio Philippi Mel: —————		1. 443.	o
De Absolutione & potestate Clauum Disput: Phil: Mel: —————		1. 443.	o
Academiæ Louaniensis Acta contra Lutherum. —————	xx.	2. 34.	1. 496.
Academiæ Vuitebergensis Epistola ad Carolum Milticium —	xviii.	1. 206.	1. 192.
Academiæ Vuitebergensis Epistola ad Fridericum Saxoniæ Ducem. —————	xviii.	1. 227.	1. 213.

	Anno	Vuit:	Ihen:
Academiæ Vuitebergensis Epistola ad Leonem X. Ro: pon:	XVIII.	1. 206.	1. 193.
Acta Lutheri coram Cæsarea Maiestate in Comitijis Vuor: matia. —————	XXI.	2. $\begin{smallmatrix} 171. \\ 164. \end{smallmatrix}$	2. 435.
Acta Lutheri cum Carolo Milicio Aldenburgi, in ædibus Spalatini. —————	XIX.	1. 234.	1. 221.
Acta Lutheri apud Legatum Apostolicum Thomam Caietanum Augustæ. —————	XVIII.	1. 207.	1. 194.
Actor: 15. Neq; nos neq; patres nostri &c. —————		1. 437.	0.
Adhortatio ad pium Lectorem, ut Ecclesiæ Historiam & doctrinam diligenter cognoscat	XVIII.	1. 202.	1. 187.
Adolphi Episcopi Responso ad Epistolam Lutheri. ———	XX.	2. $\begin{smallmatrix} 48. \\ 47. \end{smallmatrix}$	
Adriani VI. Ro: pontificis Breue, ad Consules & Senatum Bauenbergensem. —————	XXII.	2. $\begin{smallmatrix} 382. \\ 354. \end{smallmatrix}$	2. 570.
Adriani VI. Ro: pontif: Breue, ad Electores, principes, & omnes ordines Imperij —————	XXII.	2. $\begin{smallmatrix} 380. \\ 352. \end{smallmatrix}$	2. 568.
Adri			

	Anno	Vuit:	Ihen:
Adriani VI. Rom: pontif: Breue, ad Fridericum Ducem Saxoniae —————	xxii.	2. § 379. 2 351.	2. 567.
Adriani VI. Rom: pontif: Breue aduersus Lutherum —————	xxiii.	2. § 382. 2 354.	2. 572.
Ad Ægocerotem Emseranum, Lutheri Additio —————	xix.	1. 345.	1. 370.
Alberti Cardinalis & Archiepiscopi Magdeb:& Mogunt: Epistola ad Lutherum —————	xx.	2. § 47. 2 46.	
In Amos Prophetam Commentarius Mart: Lutheri —————	xxxvi.	4. 519.	3. 513.
De Anabaptistarum delirijs & furoribus, Disputatio Phil: Mel:		1. 457.	0.
Annorum Mundi Supputatio	xli.	7. 555.	4. 689.
De Antichristo, Visio Danielis exposita —————	xxi.	2. § 141. 2 135.	2. 370.
Antinomi cuiusdam positiones	xxxviii.	1. 399.	1. 553.
Contra Antinomos, disputatio Lutheri. Cauenda doctrina papistarū de poenitentia, multo magis Antinomorum,			

	Anno	Vuitt:	Ihen:
morum, qui nullam pœnitenti- am relinquunt in Ecclesia. —	XXXVIII.	1. 404.	1. 558.
<i>Contra</i> Antinomus de Lege Disputa- tio Lutheri. —	XXXVIII.	1. 401.	1. 555.
<i>Contra</i> Antinomus, de Lege Disputa- tio Lutheri. —	XXXVIII.	1. 405.	1. 559.
<i>Contra</i> Antinomus de Lege Disputa- tio Lutheri. —	XLI.	1. 406.	1. 561.
<i>Contra</i> Antinomus de pœnitentia Dis- putatio Lutheri. —	XXXVIII.	1. 400.	1. 554.
<i>Contra</i> Antinomus de pœnitentia Dis- putatio Lutheri. —	XXXVIII.	1. 403.	1. 557.
Antithesis Decalogi Christi & Papæ —	XXII.	2. { 277. 262.	2. 487
Antithesis Episcoporum Chri- sti & Sacerdotum papisticorū	XXII.	2. { 263. 250.	2. 472.
<i>De</i> Antithesi humanarum opinio- num & uera Sententia de Iusti- ficatione Disputatio Phil: Mel:		1. 425.	0
<i>De</i> s. Antonio, Sermo Lutheri.	XXII.	0	2. 565.
Apologia, Augustanæ Confes- sionis. —	XXX.		4. 205
Ap/			

	Anno	Vuitt:	Ihen:
Appellatio Lutheri a Caietano ad Papam. —————	XVIII.	1. 217.	1. 203.
Appellatio Lutheri prima a Papa ad Concilium. ———	XVIII.	1. 231.	1. 217.
Appellatio Lutheri Secunda a Papa ad Concilium. ———	XX.	2. 552. 2. 50.	2. 571.
Appendix Lutheri in Adriani 6. Breue, ad Senatum Baben- berg: —————	XXIII.	51. 384. 2. 356.	2. 271.
De Appetitione gloriæ iusta & in- iusta, Disput: Phil: Mel: ———		1. 478.	0
Articuli & Errores Librorum Iuris Canonici. —————	XX.	2. 5125. 2. 120.	2. 334.
Articuli a Fratribus Minori- tanis lutterboccensib: D. Mar: Luthero adscripti. ———	XIX.	1. 239.	1. 226.
Articuli, Religionem fidemque papisticam respicientes, a Ma- gistris nostris eximijs, Louani- ensis Vniuersitatis editi. —	XLIII.	2. 5541. 2. 496.	1. 575.
Articulorum Mart: Lutheri per Bullam Leonis X. nouissiz A 3 mam,			

	Anno	Vuit:	Ihen:
mam, damnatorum, Assertio	XX.	2. 599. 291.	2. 307.
Contra Articulos XXXII. Louaniensium Theologistarum, Disput: Luth: —————	XLV.	2. 5543. 2498.	1. 577.
Asterisci Lutheri aduersus obeliscos Eccij —————	XVIII.	1. 145.	1. 32.
De Astronomia, Disput: Phi: Mel:		1. 480.	0.
De Augustini dicto: Euangelio nō crederem &c. Dispu: Ph: M:		1. 439.	0.
Augustinianorum Synodi, de Libertate Monachorum Sententia —————	XXII.	1. 201.	2. 496
Aurea Rosa, a Leone X. Rom: P: per Carolum Milticium ad Fridericum Electorem missa	XIX.	1. 234.	1. 221.
De Autoritate Ecclesiæ, Disputatio Philippi Melanth: —————		1. 439.	0.
Axiomata Erasmi Roterodami pro causa Lutheri —————	XX.	2. 5121. 2115.	2. 330.

B.

De Baptismate Legis, Iohannis, & Christi

	Anno	Vuit:	Ihen:
Christi, Disput:Luth: ———	XX.	1. 373.	1. 524.
De Baptismo, Concio ———	XIX.	1. 72.	1. 733.
De Baptismo, Disput: Melanth: ———		1. 446.	0.
De Baptismo, Homeliæ ———	XXXV.	7. 344.	
Bartholomei Bernardi Defensio sio ad Fridericum Electorem	XXI.	2. { 222. 212.	2. 464.
Bartholomei Bernardi Respon sio, ad Requisitionem Archie piscopi Magdeburgensis, su per re Vxoriam ———	XXI.	2. { 220. 210.	2. 462.
Benedictionis (quæ pronuncia ri solet post Communionem) ex narratio ———	XXXII.	3. { II. 10.	
De Bonis operibus, Libellus ———	XX.	5. 576.	
Bulla & Reformatio Lutheri	XXII.	2. { 342. 319.	
Bullæ Episcopales duæ, prior prij, posterior papistici pontifi cis, super doctrina Lutherana	XXIII.	2. { 452. 417.	3. 62.
Bullæ pontificiæ per Eccium ad Scholam Vuitebergensem Insi nuatio ———	XXI.	0.	2. 495.
Bullæ eiusdem Publicatio, per Episcopum Frisingensem ———	XXI	0.	2. 495.

*Aduer
sus*

Bullam Antichristi, M: Luth:

C.

De

Cæremonijs pijs in coetu Eccle:
siæ seruandis, —————

Cæsarea Edicta duo Contraria
& inter se pugnantiæ cum præ:
fatione Lutheri, —————

Caietani Epistola ad Frideri:
cum Ducem Saxonix, ————

Contra

Calumniatores & falsarios E:
dicti Cæsarei, —————

De

Canone, —————

Canonicorum indoctorum
Lutheranorum, ad Iohannem
Eccium Responsio, ————

In

Cantica Canticorum Argu:
mentum Philippi Melanth: —

In

Cantica Canticorum Enarra:
tio Mart: Lutheri, —————

De

Captiuitate Babilonica Ecclesiæ
Cardinalis & Archiepiscopi
Mogun:

Anno

XX.

XXIII.

XXIII.

XVIII.

XXIII.

XXII.

XIX.

XXXVIII.

XX.

Vuitt:

2. 593.
2. 86.

2. 547.
2. 386.

2. 5444
2. 410.

1. 219.

2. 5387.
2. 359.

2. 5272.
2. 258.

1. 368.

4. 124.

4. 29.

2. 566.
2. 63.

Ihen:

2. 301.

1. 205.

2. 481.

1. 382.

0

4. 270

2. 273.

	Anno	Vuit:	hen:
Moguntinensis Responsio ad Lutherum —————	XX.	2. 547. 2 46.	
Caroli V. Imp: Ediētum, de Causa Lutheri —————	XXIII.	2. 5385. 2 357.	
Caroli V. Imp: Literæ ad Lutherum, quibus ad Comitia Vuormaciensia uocatus est	XXI.	1. 5170. 2. 2163.	2. 435.
Caspari Crucigeri & Georgij Rorarij Epistola ad Lectorem	XLIII.	1. 202. 5. 644.	0.
<i>Catech: Prefatio D. Luth.</i> Catechismus Lutheri Maior	XXIX.	5. 604.	
Catechismus Lutheri Minor	XXIX.	5. 646.	
De Causis per accidens. Disput: Philippi Melanth: —————		1. 477.	0.
De Christo, quod in ipso duæ sint naturæ, diuina & humana, sic unitæ, ut Christus sit una persona. Disputatio Lutheri —————	XLIII.	1. 414.	1. 568.
Christiano, quod liceat gerere Magistratum. Disputatio Phil: Mel: —————		1. 459.	0.
Christiano quid præstandum sit, Sermo —————	XXI.	7. 273.	

	Anno	Vuit:	Ihen:
Christianis Lectorib: M: Lu	XIII.	2. 5384.	2. 571.
Chronicon Lutheri ———	LI.	2. 555.	4. 689
De Circumcisione. Disput: Lutheri	XVIII.	1. 58.	1. 26.
De Clauium potestate. Dis: Ph: M:		1. 443.	0.
Clementis VII. Ro: Po: Breue		2. 5455.	0.
ad Regem Poloniae ———	XXIX.	2. 420.	
Clementis VII. Rom: Pontificis		2. 5444.	2. 603.
Breue ad Fridericum Ducem		2. 408.	
Saxonie ———	XXIII.	2. 5444.	0.
Aliud Breue, ad eundem	XXIII.	2. 408.	
<i>A duer</i> Cocleum Virum armatum.		2. 5437.	2. 599.
<i>ius</i> Mart: Luth: ———	XXIII.	2. 404.	
De Coena Domini ———	XX.	2. 568.	2. 275.
		2. 65.	
De Coena Domini Disp: Ph: Mel:		1. 446.	
De Coena magna, Disp: Lutheri	XXXVII.	1. 399.	1. 553.
Commemoratio breuis rerum			
quæ Augustæ, peractis comi			
tijis cum Luthero de Indulgen			
tijis sunt gestæ, Anno ———	XV III.	1. 207.	1. 194.
Commemoratio rerum Colo			
nie Agrippinæ in Vbijs gestæ			
rum in causa Lutheri	X X.	2. 5121.	2. 331.
		2. 115.	

	Anno	Vuit:	Ihen:
<i>De</i> Communicatione Idiomatum, Disputatio Lutheri ———	XLIII.	1. 414.	1. 568.
<i>De</i> Communionē populi ———	XXVI.	2. 5415. 384.	
Concilium Christianum, cur & quomodo debeat esse liberum	XXXVII.	0.	4. 591.
<i>Contra</i> Concilium Canstanciense, de utraque specie Sacramenti, Disputatio Lutheri ———	XXXV.	1. 394.	1. 548.
Conciones XII. quarum aliqua e germanica in latinam lin- guam uersæ sunt ———		1. 58.	
Conciunculae quædam Luthe- ri, amico cuidam præscriptæ	XXXVII.	7. 248.	3. 542.
Conclusionum probationes, quas disputauit Lutherus in Capitulo Heidelbergensi ———	XVIII.	1. 141.	1. 28.
<i>De</i> Concupiscentia, Disp: Ph: Mel:		1. 421.	0.
Condemnatio Librorum Lu- theri, per Magistros nostros Louanienses & Colonienſes	XX.	2. 36.	
Cōdemnatio librorū Luth: per Magistros nostros Parisienses	XXI.	2. 5194. 185.	2. 443.
Confessio fidei, exhibita Impeſ			

	Anno	Vuit:	Ihen:
Imperatori Carolo V. in Comitijs Augustæ —————	XXX.		4. 193.
Confessio peccatorum, quomodo abbrevianda sit —————	XVIII.	1. 199.	1. 184.
De Confessione & Sacramento Eucharistiæ —————	XIX.	1. 76.	1. 344.
Confitendi ratio —————	XX.	2. 25.	1. 487.
De Confirmatione —————	XX.	2. 585. 2. 81.	2. 293.
Confutatio inepti & impij Libelli Augustini Alfeld, franciscani Lipsici pro Luthero —	XXI.	2. 5213. 2. 203.	0.
De Coniugio —————	XIX.	1. 90.	1. 352.
De Coniuratione Papistarum	XXXVII.	0.	4. 591.
Consilium cuiusdam ex animo cupientis esse consultum & Responsionis dignitati, & Christianæ Religionis tranquillitati		2. 5123. 2. 118.	0.
Consilia Evangelica duodecim	XL.	1. 409.	1. 564.
De Constituendis Scholis & institutuendis pueris Communis factio			

	Anno	Vuit:	Ihen:
factio —————	xxiii.	7. 438.	
De Contractu Redemptionis, Disput: Phil: Mel: —————		1. 468.	o.
De Contractibus, Disputatio Phil: Mel: —————		1. 467.	o.
1. Corinth: 4. Epistola Dominica 3. Aduentus Domini —————	xxi.	o.	2. 351.
1. Corinth: 7. Caput. —————	xxiii.	5. 102.	
1. Corinth: 13. Dictum: Si fidem habuero &c. Item, Maior ho- rum charitas —————	xxxv.	1. 398.	1. 551.
1. Corinth: 15. Caput. —————	xxxiii.	5. 130.	
Aduer Jus Criminationes Eccij, Excusatio Lutheri —————	xix.	1. 240.	1. 239.
D.			
Dan: 8. Visio de Antichristo exposita —————	xxi.	2. 5141. 2135.	2. 370.
In Daniele Commentarius Lu- theri —————	xxx.	4. 324.	
In Daniele Commentarius Phil:		4. 339.	o.
Dauidis Nouissima Verba ex- plicata —————	xl.iii.	3. 591. 281.	

	Anno	Vuit:	Ihen:
Decalogus per D: Mart: Lu- therū aliquot annis, antequam controuersia de Indulgentijs mota est, Vuitebergensi Popu- lo prædicatus —————	XVIII.	1. 1.	1. 122.
Decalogi expositio breuis —	XXXV.	7. 119.	
Decretalium Antichristiano- rum exustionis Acta —————	XX.	2. { 129. 123.	2. 337.
Defensio Lutheri contra ma- lignum Ioh: Eccij Iudicium —	XIX.	1. 356.	1. 226.
Defensio Verborum Cœnæ Dominicæ, Accipite, Comedi- te, hoc est Corpus meum: contra phanaticos Sacramentariorum Spiritus —————	XXVII.	7. 379.	
De Defensione contra notoriam iniuriam, Disput: Ph: Mel: —		1. 467.	0.
Deliberatio habita de Abro- gatione Missæ —————	XXII.	2. { 373. 345.	
De Delirijs & furoribus Anabap- tistarum. Disput: Ph: Mel: —		1. 457.	0.
Determinatio Theologicæ fa- cultatis Parisiensis super Do- ctrina			

	trina Lutherana —————	Anno XXI.	Vuit: 2. 5194. 2185.	hen: 2. 443.
	Determinatio II. almæ facul- tatis Theologiæ Parisiensis su- per Apologiam Phil: Mel: —	XXI.	2. 5207 2128.	2. 457.
	Deum simplicissime Vnum esse, iuxta Scripturam, quæ tamen diuinam essentiam tribus per- sonis tribuit. Disputatio Lu- theri —————	XLV.	1. 412.	1. 573.
De	Deuteronomion Moisi Anno- tations —————	XXIII.	3. 33.	3. 78.
	Deuteronomium Mosi ex Ebreo castigatum —————	XXIII.	3. 14.	3. 76.
	Dialogus Syluestri Prieriatis sacri Palatii Apostolici Ma- gistri, contra Lutheri Conclus- siones —————	XVIII.	1. 159.	1. 15.
Ad	Dialogum Sylæstri Respon- sio Lutheri —————	XVIII.	1. 170.	1. 45.
De	Dicto: Deus vult omnes ho- mines saluos fieri, Disput: Phil:		1. 438.	0.
De	Dicto: Dominus Ihesus heri & hodie &c. Disp: Mart: Luther: —	XLI.	1. 410.	1. 565.
	Dicto:			

	Anno	Vuit:	Ihen:
De Dicto: Euangelio non crederem. Disput: Phil: Mel: ———		l. 439.	o.
De Dicto: Fide iustificamur. Disput: Phil: Melanth: ———		l. 426.	o.
De Dicto: Iusto non est Lex posita. Disput: Phil: Mel: ———		l. 438.	o.
De Dicto: Neque nos neque Patres &c. Disputatio Phil: Mel:		l. 437.	o.
De Dicto: Nolite iudicare. Disput: Phil: Melanthonis ———		l. 463.	o.
De Dicto: Omne quod dat mihi Pater. Iohan. 6. ———	XVIII.	o.	l. 219.
De Dicto: Semper orate & non defatigemini. Disput: Phil: Mel:		l. 492.	o.
De Dicto: Si fidem habuero &c. Item, Maior horum Charitas. Disput: Luth: ———	XXXV.	l. 398.	l. 551.
De Dicto: Vade, uende, relinque omnia &c. Disput: Lutheri	XL.	l. 407.	l. 561.
De Dicto: Verbum caro factum est. An sit propositio uera in Philosophia, Disput: Luth: ———	XLI.	l. 413.	l. 567.
Diga			

	Anno	Vuit:	Item:
De Digamia Episcoporum, Disp: Lutheri —————	XXVIII.	l. 381.	l. 532.
De Discrimine trium Sentētiarum de Doctrina Philosophica. Disp:Phil: Mel: —————		l. 476.	0.
Disputatio, & Excusatio Luthe- ri aduersus criminationes Eccij	XIX.	l. 240.	l. 239.
Disputatio Heidelbergæ habita	XVIII.	l. 141.	l. 27.
Disputatio Lipsiæ habita ———	XIX	l. 243.	l. 242.
Disputatio de viribus & uo- luntate hominis sine gratia	XVI.	l. 50.	l. 1.
Disputatio Philippi Melan: de tota Doctrina Euangelij ———		2. 5546. 2. 500.	0.
Disputationes Iohan: Tetzelij	XVII.	l. 93.	l. 5.
Disputationes Lutheri ab Anno XIX. usque ad Annum XLV. in Schola propositæ, cum Epistola Philippi Me- lanthonis —————		l. 371.	l. 520.
Disputationes Phil: Melan- thonis Theologæ in Schola propositæ, ab Anno Christi	C		XXIII.



	Anno	Vuit:	Ihen:
XXIII. usque ad Annum XLV. —————		1. 419.	
Disputationum Resolutiones de uirtute Indulgentiarum	XVIII.	1. 102.	1. 79.
De Dissimilitudine politicarum Le gum & poenarum Disputatio Philippi Mel: —————		1. 460.	0.
De Distinctione Dominiorum. Disput:Phil: Mel: —————		1. 467.	0.
De Distinctione personarum in Diuinitate Disput: Luth: ———	XLV.	2. 5540. 2494.	1. 574.
De Doctrina Ecclesiæ uera & per petua, Disput:Phil: —————		1. 485.	0.
De Doctrina Philosophiæ, de fine bonorum. Disput:Phil: ———		1. 472.	0.
Doctrinæ ueræ & pontificiæ Antithesis, Disput: Phil: ———		1. 486.	0.
De Doctrinis hominum uitandis.	XXIII.	2. 5405. 2375	
E.			
De Ebrietate. Disput:Phil: Mel:		1. 471.	0.
Eccij Articuli Hæretici ———	XIX.	1. 367.	1. 237.
Eccij			

	Anno	Vuit:	Item:
Eccij Ep: ad Iacobum Hochstraten, de Lipsica Disputatione	xix.	l. 335.	1. 359. 2. 494.
Eccij Ep: ad Martinum Luth:	xix.		1. 386.
Eccij excusatio —————	xix.	l. 338.	1. 363.
Eccij positiones contra Lutherū	xix.	l. 241.	1. 241.
Eccij Sedis papisticæ Nuncij Epistola ad Vuitebergenſes —	xx.	2. 549. 2. 48.	1. 506.
Ecclesia, quod ius & potestatem habeat iudicandi de quauis Doctrina —————	xxiii.	2. 5402. 2. 371.	
De Ecclesia, quid sit, & quæ sit Ecclesia, & quæ sint notæ ueræ Ecclesiæ —————	xxxix.	7. 147.	
De Ecclesia, Disputatio Lutheri	xxx.	1. 384.	1. 536.
De Ecclesiæ, Disputationes Philippi Melanthonis —————		1. 439.	0.
Item		1. 483.	0.
Item		1. 486.	0.
De Ecclesia uera & ficta, Disputatio Philippi —————		1. 440.	0.
Ecclesiæ Abusus quomodo			

	Anno	Vuit:	hen:
exterminandi sint —————	XXI.	7. 274.	o.
De Ecclesiæ Autoritate, Disput: Philippi Mel: —————		1. 439.	o.
De Ecclesiæ Doctrina uera & per- petua, Disput: Phil: Mel: —————		1. 485.	o.
De Ecclesiastica potestate, Disput: Phil: Mel: —————		1. 444.	o.
Ecclesiasten Annotationes Lutheri —————	XXXII.	4. 1.	3. 238.
Ecclesiasten Enarratio breuis Philippi Melanthonis ————		4. 105.	o.
Edictum Cæsareum —————	XXIII.	2. 5385. 2 357.	
Edicta Cæsarea duo contraria & inter se pugnancia, cum Præ- fatione Lutheri —————	XXIII.	2. 5444. 2 410.	
Emseri Epistola ad Iohannem Zack, de Disputatione Lipsica	XIX.	1. 342.	1. 367.
Ad Emseranum Ægocerotem Lu- theri Additio —————	XIX.	1. 345.	1. 370.
Epigrammata in Iuris Cano- nici Incendium —————	XX.	2. 2129. 2 5124.	o.

	Anno	Vuit:	Ihen:
Episcoporum Christi & Sacerdotum Papisticorum Antithesis —————	XXII.	2. 5263. 250.	2. 472
<i>Aduersus</i> Episcoporum falso nominatum Ordinem —————	XXII.	2. 5329. 307.	
Epistola Martini Lutheri ad Albertum Cardinalem & Archiepiscopum Moguntinensem	XVII.	1. 92.	1. 1.
Alia ad eundem —————	XX.	2. 546. 45.	
Epistola Lutheri ad amicum quendam de Psalterio —————	XXI.	3. 5398. 356.	0.
Ep: Luth: ad amicos & electos Dei qui sunt Augustæ	XXIII.	7. 483.	
Ep: Luth: ad Amsdorfium de Erasmo Roterodamo —————	XXXIII.	2. 5527. 482.	
Ep: Luth: ad Antuerpienses	XXV.	7. 503.	
Ep: Luth: ad Argentinenfes	XXV.	7. 501.	
Ep: Luth: ad Bemenses —————	XX.	7. 492.	
Ep: Luth: ad Carolostadium	XIX.	0.	1. 385.
Ep: Luth: ad Carolum Ducem Sabaudia —————	XXIII.	7. 482.	0.
C 3 Ep:			

	Anno	Vuit:	Ihen:
Epistola Lutheri ad Carolum V. Imperatorem post abitionem ex Conuentu Vuor ^{matia} —————	XXI.	2. ^{5176.} 2168.	
Ep: Luth: Disputationibus Philippi præmissa —————		1. 419.	0.
Ep: Luth: ad Electores post discessum suum ex Vuormatia —————	XXI.	2. ^{5177.} 2170.	
Ep: Lutheri ad Erfordienfes in Thuringia —————	XXII.	7. 500.	
Ep: Luth: ad Eßlingenfes —————	XXIII.	7. 481.	
Ep: Lutheri ad Fratres in Hollandia, Brabantia, Flandriacq —————	XX.	7. 484	
Epistola Lutheri ad Fratres ordinis Minorum Conuentus Iut ^{terboccensis} —————	XIX.	1. 238.	1. 224.
Epistola Lutheri ad Fratres orthodoxos in Domino —————	XXXVI.	5. 130.	
Ep: L: ad Fridericum Abbatem ad S. Ægidium Norinbergæ —————	XXX.	7. 525.	
Ep: Luth: ad Fridericum Ducem —————			

	Anno	Vuit:	Ihen:
cem Saxoniz	XVIII.	1. 221.	1. 208.
Ad eundem	XX.	2. 24.	1. 486.
Ad eundem de Conuen- tu Vuormaciensi	XXI.	2. $\begin{smallmatrix} 5169. \\ 2162. \end{smallmatrix}$	
Ad eundem de reditu ex Pathmo ad Vuiteber- genes suos	XXII.	2. $\begin{smallmatrix} 5353. \\ 2328. \end{smallmatrix}$	2. 544.
Ad eundem operationi- bus in aliquot Psalmos præfixa	XIX.	3. $\begin{smallmatrix} 5132. \\ 2117. \end{smallmatrix}$	
Epistola Lutheri ad Fride- ricum & Iohannem Saxoniz Duces	XXIII.	7. 506.	
Epistola Lutheri ad Geor- gium Ducem Saxoniz	XXV.	2. $\begin{smallmatrix} 5531. \\ 2486. \end{smallmatrix}$	
Ep: Luth: ad Georgium Epi- scopum Sambiensem	XXV.	0.	3. 76.
Epistola Lutheri ad Geor- gium Spalatinum, de Disputa- tione Lipsica	XIX.	1. 293	

Ep:

Epstola Luth: ad Hardman num a Cronberg —————	Anno XXII.	Vuit: 7. 485.	Then:
Ep: Lu: ad Hieronimum Epi: scopum Brandenburgensem	XVIII.	1. 98.	1. 76.
Ep: Luth: ad Iohannem Brif: man de Libello de votis —————		2. 532. 301.	0.
Ep: Luth: ad Iohannem Eccium super expurgatione Ecciana	XIX.	1. 353.	1. 378.
Ep: Luth: ad Iohannem Fride: ricum Ducem Saxoniae —————	XXI	5. 75.	
Ep: Luth: ad Iohannem Loser Pretensem Hæreditarium Hip: parchum in Saxonia —————	XXIII.	5. 102.	
Ep: Luth: ad Ioannem Scotum insignem Equitem —————	XXIII.	5. 127.	
Ep: Luth: ad Iohannem Staupi: tium Augustinianæ familiæ Vicarium —————	XVIII.	1. 99.	1. 77.
Ep: Luth: ad Iustum Ionam	XXX.	4. 539.	
Ad eundem —————	XXX.	7. 226.	
Ep: Lu: ad Lambertum Thatij in Vinculis Euangelij positum	XXIII	7. 485.	0.

	Anno	Vuit:	Shen:
Epistola Lutheri ad Lectorem Christianum —————	XXIII.	2. 5384. 2. 356.	2. 571.
Ep: Luth: ad Lectorem contra Iacobum Hochstraten ———	XVIII.	1. 195.	1. 121.
Ep: Luth: ad Leonem X. Rom: Pon: Resolutionibus præmissa	XVIII.	1. 100.	1. 78.
Ep: Luth: ad Leonem Ro: pon: missa per Carolum Miltitium	XIX	1. 235.	1. 221.
Ep: Luth: ad Leonem X. Rom: pon: præposita libello de Chri: stiana Libertate —————	XX.	2. 1.	1. 460.
Ep: Luth: ad Miltenbergenses	XXIII.	7. 488.	
